



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 67. Carvaialus & Sanseverinas Cardinales Romam contendunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](http://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

millia impensa fuisse dicuntur (\*). Huic Sæc. XVI,  
spectaculo interesse jussit Ferrariæ Du- A.C. 1513.  
cem utpote Sedis Apostolicæ clientem  
beneficiarum, necnon Urbinatis Duceum,  
qui præterea Romanæ urbis Præfectus  
erat. Ambo, quamvis non sine metu  
comparebant; utrumque tamen Leo  
Papa perbenigne, clementerque exceptit,  
necdum tamen Ferrariæ Duci suas di-  
tiones reddi jufferat, nec Urbinatem, ut  
ipse sperabat, in Pisauri Ducatus posses-  
sione firmaverat. Vix inaugurationis so-  
lemnia absolvebantur, cum Romam nun-  
cius desertur, Raphaelem Paccium Flo-  
rentiæ Archiepiscopum fatis cessisse, un-  
de defuncti Sedem Leo protinus conces-  
sit Rhodiorum Militum Commendatori  
Medicæo Patrueli suo, qui armatus ge-  
nerofo equo vehebatur, atque Pontifi-  
cium præferens vexillum Papam comi-  
tabatur.

## §. LXVII.

*Carvajalus & Sanseverinas Car-  
dinales Romam conten-  
dunt.*

His ita peractis inexpectata felicitas Marian.

H h 5

Lec. 1.30.n.82.

(\*) Addunt Scriptores: *Fatia etiam per  
vias ad populum & pauperes ampla pecunia-  
rum largitione.*

Sæcul. XVI. Leonem Papam schismatis metu libera-  
 A.C. 1513. bat; quippe Carvajalus & Sanseverinas  
Petr. de  
Angler. ep. Lugduni hærentes, cum factionem suam  
 indies decrescere cernerent, eamque diu-  
 515. & 516. tius conservari posse desperarent, tandem  
Spond. ad itineri sese accinxerunt, ut in Italiā re-  
an. 1513. n. 4. versi, ipsum quoque conclave ingrederen-  
Guicc. l. 11. tur; ad hæc enim comitia ipsis etiam  
Paris de jus competere autumabant, imo se om-  
Graffis to. 4. p. 47. nino admitti eo firmius sperabant, quo  
 potentius Prosperti Columnæ auctoritate  
 suffulti erant, qui & ipse proxime Ro-  
 manū venire parabat, eo consilio, ut jux-  
 ta arbitrium suum universæ Ecclesiæ  
 successorem eligeret; verum ejus disces-  
 sum inhibuit Neapolis Prorex, veritus,  
 ne novas Romæ turbas suo adventu su-  
 scitaret: Ambo tamen Cardinales na-  
 vibus Massiliæ consensi, maritimo iti-  
 nere ad Liguriæ oram deferebantur. Ex-  
 scensione facta, milites omni ex parte  
 transitum obsidentes, hosce Purpuratos  
 ceperunt, eosque Pisas abduxerunt, ubi  
 Julius de Medicis neo-electum Pontifi-  
 cem, cuius Patruelis erat, de hœrum ad-  
 ventu protinus certiorem reddidit. Jus-  
 fit Papa illos Viterbium, ac demum ad  
 Civitatem veterem deduci, ubi etiam  
 custodiæ dabantur, donec caussa peni-  
 tius discussa, tandem de eorum fato de-  
 cerneretur. Comitabatur illos Solerius,  
 cui æque ac ambobus Purpuratis insignes  
 hono-

honorum testificationes exhibebantur, Sæcul. XVI.  
A.C. 1513.  
soli tamen Cardinales capti detineban-  
tur.

### §. LXVIII.

*Dubia Pontificis mens in præsentí  
rerum vicissitudine.*

Ceterum incertitudo, cuinam parti Leo  
in præsenti Italicarum rerum statu  
sua studia addicturus esset, omnium ex-  
spectationem suspensam tenebat. Nec  
hac in re præceps consilio erat Pontifex;  
hinc enim molestus ei accidebat Gallo-  
rum in Italiam reditus; illinc suspectam  
habebat Regis Catholici fidem, & quam-  
vis Medicæorum familiam Florentino  
imperio restitutam Hispanis deberet, mi-  
nus tamen propensum in eos fovebat  
animum, haud immemor Parmensis ac  
Placentinæ seditionis, quam Neapolis  
Prorex concitabat. Nec firmum quo-  
que præsidium sibi in Helvetiis repositum  
existimabat Pontifex, eoquod ipsi non  
nisi mercede conducti arma caperent,  
moxque, si præstituto die stipendum de-  
ficeret, seditionem moverent. Præterea  
Maximilianus Sfortia non modo viribus  
impar erat, sed etiam Sedi Apostolicæ  
semper oneri fore timebatur. Cæsarem  
quidem amicum habebat, cuius tamen  
amicitia ob mentis inconstantiam minus  
firma